1. Integram esse Demosthenis Philippicam II. apparet ex dispositione. 1828. Auctumn.

2. Quaeritur, num duo loci Demosthenici de Decadarchia et Tetrarchiis a Philippo in Thessalia constitutis sibi repugnent. 1830. Vern.

3. Ostenditur Hegesippi esse orationem de Halonneso. 1830. Auct.

4. Notitia codicum Demosthenicorum I. 1833. Auct.

5. Notitia codicum Demosthenicorum II. 1834. Vern.

6. Notitia codicum Demosthenicorum III. 1834. Auct.
(Odyssee VII. übersetzt von Konrad Schwenck.)

7. Notitia codicum Demosthenicorum IV. 1835. Vern.

8. Notitia codicum Demosthenicorum V. 1836. Vern.

9. Demosthenis Philippicam III. habitam esse ante Chersonesiticam. 1837. Auct.

10. Herrn Dr. Theod. Heyse Beschreibung der griechischen Codices des Demosthenes zu Rom. 1838. Frühj.

11. Sitne restituendum κιττολόγος pro κισσολόγος nunc recepto in Demosth. Cor. §. 260. p. 313 extr.? 1840. Auct.

12. Die Aechtheit der Urkunden in des Demosthenes Rede vom Kranze vertheidigt gegen Herrn Prof. Droysen. 1841. Herbst.

13. Fortsetzung. 1842. Herbst.

14. Fortsetzung. 1843. Frühj.

15. Schluss. 1844. Frühj.

16. Nachtrag zu der Abhandlung über die Aechtheit der Urkunden bei Demosthenes. 1845. Frühj.

17. Demosth. Cor. §. 169. 1849.

18. Demosthenis oratio de symmoriis §§. 14—30. 1852. Vern.

19. Σ codicis Demosthenici conditio describitur. 1853. Auct.

J. T. Voemel
Neunzehn programme über Demosthenes.
1828–53

EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

JUSSU. ET. AUCTORITATE.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

HOC. IPSO. AUTUMNO.

PUBLICE. CELEBRANDA.

EA. QUA. DECET. PIETATE. ET. OBSERVANTIA.

INDICIT.

Dr. Ioannes. Theodorus. Vœmelius.

Rector et Professor.

FRANCOFURTI. AD. MŒNUM.

TYPIS. HENR. LUDOV. BRŒNNERI.

MDCCCXL.

Sit ne restituendum *κιττοφόρος* pro *κιστοφόρος* nunc recepto in Dem. Cor. §. 260 p. 313 extr.?

Reiskius de conjectura Alberti Rubenii (De numo Augusti Asia recepta p. 269 citante Ernestio Clav. s. v. Cistophorus q. vide) et Ezechielis Spanhemii (ad Callim. Hymn. in Cer. vs. 127 p. 822 sq. Ern.) recepit *κιστοφόρος*, „juxta veteres Demosthenis codices" dicit Spanhemius; pervellem doctissimus ille vir nominasset eos codices; codices enim praeter quatuor nuper demum, s a Bekkero et Vindd. 3, 4, 5 mea causa examinatos, qui *κιστοφόρος* exhibent, reliqui omnes non solum Demosthenis, sed etiam Aristidis, qui locum propositum citavit (Rhetor. Lib. II p. 442 Norm.), et Libanii, qui nostrum imitatus est: *ἀνὴρ δὲ γενόμενος* (sc. Aeschines) *χοροὺς εἶχε γραῶν, μέγα ποιούμενος, εἰ κιττοφόρος ἀκούσειε* (Vol. I p. 106 D. Vol. IV p. 975 R.), hi igitur omnes libri *κιττοφόρος* tuentur. Sed Spanhemius Suidam et Reiskius reliquos Lexicographos et Scholiastam testantur; eos igitur audiamus.

Harpocration: *Κιττοφόρος. ἔνιοι μετὰ τοῦ σ̄ γράφουσι κιστοφόρος. τὰς γὰρ λεγομένας κίστας ἱερὰς εἶναι ἔλεγον τοῦ Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν.* Sic edidit Bekkerus secundum antiquissimum Harpocrationis Palatinum. Hinc supplendum Lexic. rhet. in Bekk. Anecd. p. 272: *Κιττοφόρος. ὁ τὸν κίττον* (hoc accentu) *φορῶν.* (adde: *ἔνιοι μετὰ τοῦ σ̄*), *ἵν' ᾖ ὁ φέρων τὴν κίστην.* Photius et Suidas haec sejunxerunt.

Photius: *Κιστοφόρος. ἔοικε δὲ τὰς κίστας ἱερὰς εἶναι Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν.*

Idem: *Κιττοφόρος. ἔνιοι δὲ μετὰ τοῦ σ̄ γράφουσιν.*

Suidas: *Κιστοφόρος. ἔοικε δὲ τὰς κίστας ἱερὰς εἶναι Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν.*

Idem: *Κιττός. ὁ κισσός.*

Idem: *Κιττοφόρος. ἐνίοτε μετὰ τοῦ σ̄ γράφουσι.*

Quid igitur a Lexicographis lucramur? docemur *κιττοφόρος* Harpocrationis reliquorumque aetate fuisse vulgatum, in nonnullis autem libris (Demosthenis?) scriptum *κιστοφόρος*. Non magis Scholiastae conjecturam eam muniunt.

Scholiasta, qui dicitur Ulpianus: *Ἐστεμμένος κιττῷ.*

Schol. Pal. 1: *ὁ φέρων τοὺς κιττούς.* (Pluralis firmatur Eustath. Epist. p. 360, 46 ed. Tafel.)

Schol. Bavar. ad Ἵτης Ἄττης alienum locum: ὁ φέρων τὰς κοίτας· quas Reiskius ad κιστοφόρος referens interpretatur κίστας. τὴν γὰρ κίστην κοίτην. Etym. M. s. v. Κοῖτις. Schwenckius autem noster sagacissime κοιτοφόρος suspicans praeferendum esse censet Reiskiano κιστοφόρος et illud irrisionis causa a Demosthene recens factum esse. Attamen consentire scholiastae videntur in propositi κιττοφόρος lectione, quamquam hoc in scholiis cum κοίτη et in 4 codicibus textus cum κιστ. confusum est. Eadem confusio invenitur in Plutarch. Morall. p. 5 B. Grammaticorum igitur testimonia Rubenii et Spanhemii conjecturae parum favent.

Toupius quoque Opusc. Vol. I. p. 445 et ad Theocrit. Id. 26 vs. 7 p. 413 sq. ed. Heind. monuit κίστας illas gestatas esse a Bacchis mulieribus, teste schol. Aristoph. Acharn. vs. 240. Itaque Aeschinem non posse dici κιστοφόρον opinatur. At idem a Demosthene hoc eodem loco dicitur λικνοφόρος. sed λίκνον, vannus purgationis, certissime a virgine portabatur, id quod de cista, qua phallus continebatur, tam certo dicere non possum. Vid. Creuzer. Symb. Vol. III p. 328 sqq. Scholiasta autem Aristophanis ne de cistophoris quidem loquitur, sed de canephoris.

Sed Toupio praeivit Valesius p. 81 ed. Bl. contra Mausacum. Hic secundum vulgatam lectionem Harpocrationis ἔνιοι διὰ δύο σσ γράφουσι, κισσοφόρος. τὰς γὰρ λεγομένας κίσσας ἱερὰς εἶναι ἔλεγον τοῦ Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν, recipiendum jubet κισσοφόρος, non de picis, sed explicare conatur de piscibus, quae κίσσαι dicantur; eas putat a κισσοφόρῳ esse in pompa prolatas. Quanquam piscium quaedam genera Baccho sacra novimus, tamen Mausaci explicationem ulli placere non credamus. At quae melior proferatur? Est quidem κιττοφόρος, i. e. *hederam ferens*, difficile vocabulum; nam omnes qui Bacchanalia celebrabant, hedera erant coronati. Athen. Deipn. Lib. XV p. 675 p. 679 F. Cf. Creuzer. De phiala Att. p. 67. Paschal. De Coronis Lib. I cap. 17. Itaque hoc oppobrium esse non potuit. Quod autem difficilis explicatu est lectio, hoc ipso ea confirmatur, dummodo potest intelligi aliquo modo.

Nescimus quidem, quam personam in tanto Bacchi comitatu, de quo vid. Creuzer. Symb. Vol. III p. 185 sqq. p. 412 sqq., Aeschines egerit a Demosthene convicio et irrisione pertractam. Ne etsi singularem quidem vocabuli significationem tam habemus exploratam, quam proximi λικνοφόρος, omnis difficultas sublata est. λικνοφόρος enim quum fuerit virgo, quaeritur quomodo Aeschines eo nomine appelletur; scilicet muliebri vestitu atque habitu indutus? non mirum id foret, quia ipse Liber est ἀρσενόθηλυς. Creuzer. Symb. Vol. III p. 413 p. 422 sq. Nec vero egisse λικνοφόρον personam Aeschines nobis videtur, sed tantum nominatus a vulgo vociferante. Quam igitur aliam personam sibi imposuit? Fueritne juvenis initians vel initiatus, qualis quis cum puella in phiala a Creuzero elegantissime explicata apparet? An fuerit μαγῳδός, αὐτοκάβδαλος, ἰθύφαλλος, φαλλοφόρος,

unus e poëtis vel histrionibus in Bacchanalibus plebeculam allicientibus? ut idem orator inter tragoedos prodiit. De poëtis illis comicis lege Athen. Deipn. XIV. p. 621 sq.: *Ὁ μαγῳδὸς* etc. *Οἱ αὐτοκάβδαλοι καλούμενοι, ἐστεφανωμένοι κιττῷ σχέδην ἐπέραινον ῥήσεις* etc. *Οἱ δὲ ἰθύφαλλοι καλούμενοι προςωπεῖον μεθυόντων ἔχουσι καὶ ἐστεφάνωνται* etc. *Οἱ δὲ φαλληφόροι — ἐπιτίθενται στέφανόν τε δασὺν ἴων καὶ κιττοῦ* etc. Cf. Suid. s. v. *φαλλοφόροι*. Scholiasta quidem *Θιάσους ἄγων* explicans addidit *ὑποκρινόμενος*. Cf. schol. Pal. 1 et Urb. ad *εὐοῖ σαβοῖ*. Potior tamen sententia videtur, si quis putet Satyrum Aeschinem significari. Satyri quidem inprimis dicendi sunt *κιττοφόροι*. Vid. Athen. Lib. V p. 197 sq. Schwarz. Miscell. p. 73 sqq. Et *νεβρὶς*, qua Aeschines indutus hic dicitur, est *σατυρικὴ ἐσθὴς* saltem in Comoedia. Polluc. Lib. IV s. 118 ibiq. Jung. *) Neque is solus *κιττοφόρος* est, qui capite coronam hederaceam gestat, sed etiam qui manu tenet, ut Satyrus in imagine Schwarzii loc. cit. p. 75. Sed mittamus singula frustra quaerenda; omnino hoc dicimus: e superioribus Demosthenis dictis manifestum est Aeschinem Bacchi ministrum habitu dei prodiisse insignem nebride, cratere, anguibus, populo alba, foeniculo et hedera. Quodsi Deus ipse *κισσοφόρος* appellatur (Aristophan. Thesm. vs. 997 ibiq. Schol.), concedatur ministrum ejus eadem compellatione gavisum esse *κιττοφόρον*, quod vocabulum significet (quae praeclara est explicatio Paschalii De Coronis Lib. I cap. 17) hoc quidem Demosthenis loco: l a s c i v i a o m n i s g e n e r i s f u r e n t e m. Hedera enim ipsa dicitur lasciva (Horat.), et insaniam ac furorem excitat. Vid. Plutarch. Quaest. Rom. CII p. 290 D. E. Conviv. Lib. III quaest. 2 §. 1. p. 648 B. §. 2 p. 649 A. Quid quod Ps. Plut. Educ. Puer. p. 5 B. cap. 7: *τῶν νεανικωτέρων ἅπτονται κακῶν μοιχεύοντες καὶ κιττοφοροῦντες καὶ μίαν ἡδονὴν θανάτου τιμώμενοι*.

His reputatis pro *κισσοφόρος* a Reiskio, Bekkero, Dindorfio, Dissenio, aliis recepto restituendum esse ex auctoritate codicum Demosthenis, Aristidis, Libanii censuimus edidimusque nuper apud Didotum Parisiis *κιττοφόρος*.

---

*) Lobeckii Aglaophamo caremus.

Schulnachrichten.

Mit gebührender Erkenntlichkeit gedenken wir der Geschenke, welche unserer Wittwen- und Waisenkasse zugeflossen sind:

Den 29. März	von Herrn	C. G. Bender	2 fl. 42 kr.
„ 10. April	„ „	von Mörs	2 fl. 42 „
„ 24. „	„ „	Schmidting	2 fl. 42 „
„ 2. Mai	„ „	J. W. B. aus S. u. M. H. aus N. Gottespfennig durch Herrn Dr. J. C. Stellwag	1 fl. — „
„ 15. „	„ „	von Kaiser	2 fl. 24 „
„ 30. „	„ „	A. Bausa	8 fl. 6 „
			19 fl. 36 kr.

Den 22. Juni verlies uns Herr Professor Anton Hörter, welcher seit October 1835 den kath. Religionsunterricht mit grossem Eifer und Liebe ertheilt hatte. Er ist zum Pfarrer nach Oberursel berufen. An seine Stelle wurde provisorisch ernannt Herr Caplan Martin Kremer. Dieser ist am 23. December 1812 zu Hallgarten im Rheingau geboren. Nachdem er zu Mainz und zu Weilburg seine Gymnasialstudien beendet hatte, widmete er sich von 1834 bis 1837 dem Studium der Theologie zu Tübingen. Im Jahr $18^{37}/_{38}$ befand er sich als Alumnus im bischöflichen Seminar zu Limburg. Am 21. März zum Priester ordinirt, wurde er am 16. Mai 1838 zum Caplan an der kath. Stadtpfarrkirche dahier ernannt.

Zu der bevorstehenden Prüfung und Progressionsfeierlichkeit habe ich die Ehre alle Hohen Gönner und alle Hochgeschätzten Freunde unserer Schule ehrerbietigst und ergebenst einzuladen, namentlich die Hohen und die Hochwürdigen Obern, die Hochlöblichen Bürgerrepräsentanten, die Hoch- und Hochehrwürdigen Geistlichen aller Confessionen, die Gelehrten und Gebildeten jedes Standes und jedes Faches und die verehrtesten Eltern unserer Schüler. Möge die zahlreiche Gegenwart derselben unsere Prüfung und Feierlichkeit verherrlichen und der hoffnungsvollen Jugend zur Ermunterung dienen!

1840.

Obrigkeitliche Anordnung
der Prüfungen
im Kaisersaale.

Mittwoch den 26. August. Vormittags. Prima.

9 — 10.	Juvenal	Schwenck.
10 — 11.	Plato	Vömel.

Nachmittags. Secunda.

3 — 4.	Caesar	Vömel.
4 — 5.	Odyssee	Rödiger.

Donnerstag den 27. August. Vormittags. Tertia.

9 — 10.	Jacobs Attica	Weismann.
10 — 11.	Geschichte	Röder.

Nachmittags. Quarta.

3 — 4.	Cornel. Nepos	Hefs.
4 — 5.	Griechisch	„

Freitag den 28. August. Vormittags.

Quinta.

9 — 9½	Lateinisch	Gutermann.
9½ — 10.	Rechnen	„

Sexta.

10 — 10½	Religion	Scholl.
10½ — 11.	Lateinisch	„

Progressionsfeierlichkeit
im Kaisersaale.

Freitag den 28. August, Nachmittags 3 — 5 Uhr.

Vortrag des Rectors.

Johann Friedrich Schmid I: Ueber die Folgen der Kreuzzüge.

Wilhelm Karl de Neufville II: Ueber Heinrich den Löwen.

Versetzung VI — IV.

Joh. Heinr. Willib. Beyschlag I: Quam vim tragoedia graeca in colendos spectatorum animos exercuerit.

Preisvertheilung.

Versetzung III — I.

Verzeichniß

der

Lectionen im Gymnasium

zu Frankfurt a. M.

nach

Classen und Lehrstunden geordnet

für das

Winter-Halbjahr

1840 — 1841.

Uebersicht.

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	St.
Protest. Religionslehre . . .	2	2	2	2	2	2	12
Deutsche Sprache und Styl-Uebungen	2	2	2	2	4	4	16
Lateinische Sprache	10	12	12	12	10	10	66
Griechische Sprache	8	6	6	6	—	—	26
Mathematik	2	4	4	4	4	4	22
Physik	2	—	—	—	—	—	2
Naturbeschreibung	—	—	—	—	2	2	4
Erdbeschreibung	—	—	—	2	2	2	6
Geschichte	4	4	4	2	—	—	14
Class. Alterthumskunde . . .	—	—	—	—	—	—	—
Logik	—	—	—	—	—	—	—
Schreiben	—	—	—	—	3	3	6
	30	30	30	30	27	27	174

Besondere Abtheilungen.

	I.	II.	III.	IV.	V.	St.
Katholische Religionslehre	2	2	2	—	—	6
Hebräische Sprache	2	2	—	—	—	4
Französische Sprache	4	4	3	3	—	14
Englische Sprache	2	2	2	—	—	6
Zeichnen	VI.	V.	je	3	—	6
Singen						
						36
Zusammen . .						210

Diejenigen Lehrstunden, deren Besuch von dem erklärten Willen der Eltern oder Pflegeeltern eines Schülers abhängt, sind durch lateinische Schrift bemerklich gemacht. Der Eintritt in dieselben muss im Anfange des Semesters geschehen.

Montag und Donnerstag.

	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Religionslehre. Evang. Protest. Vömel. — Kathol. Kremer.		Exercitia Latina ☽ pro loco ♃ ex temp.	Geographie. Gutermann.	Latein. Repetition. Heß.	Latein. Gramm. Scholl.
9 bis 10	Livius. Rödiger.	Horat. Od. Schwenck.	Weismann.	Mathemat. (Thilo.) Heß.	Deutsche Grammat. Gutermann.	Latein. Exposition (Krebs.) Scholl.
10 bis 11	Sophocles. Schwenck.	Homer. Odyss. Rödiger.	Griechisch. (Jacobs Attica). Weismann.	Griechisch. (Jacobs I.) Heß.	Naturbesch. Gutermann.	Mathemat. (Hahn.) Scholl.
11 bis 12	Französisch. II. Abth. Expos. Minner.		Englisch. I. Abth. Howe.		Zeichnen. VI[a]. Reges.	
2 bis 3	Mathematik. (Thilo.) Herling.	Caesar. Vömel.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. — F. die Kath. Steingaß.	Geschichte. Weismann.	Mathemat. (Hahn.) Scholl.	Schreiben. Lauten.
3 bis 4	☽ Plato ♃ Exerc. Gr. Vömel.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. — F. die Kath. Steingaß.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Latein. Repetition. Weismann.	Latein. Prosaiker. (Eutrop.) Gutermann.	Deutsche Orthographie. Scholl.
4 bis 5	Geschichte. (Schmidt.) Röder. — Für die Kathol. Steingaß.	Deutsche Stylarbeit. Herling.	Deutsche Stylarb. (Herling.) Weismann.	Deutscher Styl. Heß.	Französisch, III. Abtheilung. (Jauffret.) Minner.	
5 bis 6	Hebräisch. I. Abtheilung. Herling.					

Dienstag und Freytag.

	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Plato. Vömel.	Latein. Exercit. ♂ pro loco (Weber.) ♀ ex temp. (Strack.) Rödiger.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Phaedrus. Weismann.	Religion. Ev. Protest. Gutermann. Kathol.	Religion. Ev. Protest. Scholl. Kremer.
9 bis 10	Juvenal. & Horat. Sermon. Schwenck.		Cic. Epist. Weismann.	Latein. Exercit. ♂ pro loco ♀ ex temp. Heß.	Latein. Prosaiker. (Eutrop.) Gutermann.	Latein. Grammatik. Scholl.
10 bis 11	Homer. Ilias. Rödiger.	Hor. Od. Schwenck.	Griech. (Jacobs Attica). Weismann.		Erdbesch. Gutermann.	Mathemat. (♂ Hahn.) Scholl.
11 bis 12	Franz. I. Abth. Exerc. (Jauffr.) Minner.	Englisch. II. Abth. Howe.		Zeichnen. Va. Reges.		
2 bis 3	Geschichte. (Schmidt.) Röder. Für die Kathol. Steingaß.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Griech. Grammat. und Exercitia. Weismann.	Mathemat. (Thilo.) Heß.	Schreiben. Lauten.	Naturbesch. Gutermann.
3 bis 4	Physik. Herling.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. F. die Kath. Steingaß.	Latein. Repetition. Rödiger.	Jacobs Clio. Heß.	Deutsche Stylarbeit. Gutermann.	Deutsche Grammatik. Scholl.
4 bis 5	Deutsche Stylarbeiten. Herling.	Xenoph. Memorr. Rödiger.	Geschichte. (Schmidt.) Röder. F. die Kath. Steingaß.	Griechische Exerc. ext. (Heß.) Heß.	Französisch, III. Abtheilung. Grammatik. Minner.	
5 bis 6	Hebräisch. II. Abtheilung. Herling.					

Mittwoch und Samstag.

	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.
8 bis 9	Latein. Exerc. dom. Schwenck.	Cic. Orr. Bömel.	Religion. Evang. Weismann.	Protest. Heß.	Mathemat. (☿ Hahn.) Scholl.	Erdbesch. Gutermann.
			Kathol. Kremer.			
9 bis 10	Cicer. Oratt. Schwenck.	Ex. græc. Rödiger.	Cic. Epist. Weismann.	Jacobs Clio. Heß.	Latein. Exercitia ☿ pro loco ♄ ex temp. (Schirlitz.) Gutermann.	Latein. Exercitia ☿ pro loco ♄ ex temp. (Hermann.) (Milter.) Scholl.
10 bis 11	Juvenal. & Horat. Sermon. Schwenck.	Mathemat. (Thilo.) Herling.	Ovid. Met. Rödiger.	Griech. Grammatik. Heß.		
11 bis 12	Französisch, I. Abtheilung. Exerc. dom. Minner.	Englisch III. Abth. Howe.	Zeichnen, ☿ Va. ♄ VIa. Reges.		Schreiben, ☿ VIa. ♄ Va. Lauten.	
2 bis 3	Französ. II. Abtheil. Exerc. (Neueste Chr.) Minner.			Zeichnen. Reges.		
3 bis 4	Geschichte für die Kathol. IV. Classe. Steingaß.		Zeichnen. Reges.		Franz., III. Exerc. dom. (Hecker) Gramm. Minner.	

